778

Fredro Stawskich Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Gene-rosus Alexander de Plesczowice Fredro Pincerna Terrae Praemislien. sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis ex ... et competen. recedendo praesenti vero Castrensi Capitan. Praemisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quoad omnia quae ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam liber publiceque per ex-pressum recognovit. Quia ipse Generosos Demianum Franciscum Annam Generosi Alexandri Osolinski Consortem Petronellam Constantiam Virginem Stawskie olim Ge-nerosi Georgii Stawski cum olim Generosa Salomea de Baranowice procreatos filios et filias comparens de inscriptione Castren. Praemislien. seu alia quavis super summam Quinque millium Flor. polon. per praedictam olim Generosam Salo-meam Stawska atque Demianum Stawski patrem cum filio suo et Generosi Ianussi Stawski filii et fratris sui modo simplicis debiti seu alio quovis facta et reco-gnita Nec non de summa ipsa Quinque millium Flor. polon. tum de interesse ca-ta inter se recognoscit ac Generoso Stawskie ratione ... bonorum villae ... nice constat et Actis Castren. seu aliis quibusvis roborata Nec non de ipsa inscriptione ro-boratoria Nec non de aliis quibusvis inscriptionibus interusuris Contractibus Syngraphis scriptis recognitionibus tam roboratis quam non roboratis eorumque roborationibus Iuribus de Causis et actionibus per se recognoscit eisdem Generosis Stawskie occasione qui-rumvis earum et inmunaque ad quodvis Iudicium et officium Regni instituti et intentatis Nec non Iuris processibus vadiisque ... ac ipsis poenis banitio-nam et earum publicationibus Decretisque quibusvis in iisdem Causis latis ob praestitam sibi pro praemissis omnibus plenariam et sufficien-tem satisfactionem quietat emittit et liberos absolutosque pronunciat Inscriptiones praefatas interusuras Contractus recognitiones tum processus quosvis ac ipsis poenas Banitionum cum publicationibus et decre-ta quaevis in toto cassat mortificat et annihilat sibi et suis poste-ris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium Has re-cognitiones sub testimonio.

Lect.

Georg Rzeczycki
Zapolski Starosta